



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

149 [i. e. 140]. Tertia & vltima co[n]cionis pars.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47925)

S. Mattheus

S. Lucas.

S. Marcus.

S. Iohannes.

**H**ÆC locutus sum vobis, vt nō scā-  
dalizemini. Absq; synagogis facient  
vos: sed venit hora, vt omnis qui interfici-  
cit vos, arbitretur obsequiū se præstare  
Deo. & hæc faciet vobis: quia nō noue-  
rūt Patrē, neq; me. Sed hæc locutus sum  
vobis: vt cū venerit hora, eorū remini-  
scamini, quia ego dixi vobis. Hæc autē  
vobis ab initio nō dixi: quia vobiscū erā.  
Et nunc vado ad eū qui misit me, & ne-  
mo ex vobis interrogat me: quō vadis?  
Sed quia hæc locut⁹ sum vobis, tristitia  
impleuit cor vestrū. Sed ego veritatē di-  
co vobis. expedit vobis vt ego vadā. si  
enim nō abiero, paraclētus nō veniet ad  
vos: si autē abiero, mittā eū ad vos. Et cū  
venerit ille, arguet mundū de peccato,  
& de iustitia, & de iudicio. de peccato  
quidē: quia non credunt in me. de iustitia  
verō: quia ad Patrē vado: & iā nō videbi-  
tis me. de iudicio autē: quia princeps hu-  
ius mundi iā iudicatus est. Adhuc multa  
habeo vobis dicere: sed nō potestis por-  
tare modō. Cū autē venerit Spiritus ve-  
ritatis, docebit vos omnē veritatē. non  
enī loquetur à semetipso: sed quæcunq;  
audiet loquetur, & quæ vêtura sunt an-  
nūtiabit vobis. Ille me clarificabit: quia  
de meo accipiet, & annuntiabit vobis?  
Oīa quæcunq; habet pater, mea sunt.  
Propterea dixi, quia de meo accipiet, &  
annuntiabit vobis. Modicū, & iam non  
videbitis me: & iterū modicū, & videbi-  
tis me: quia vado ad Patrē. Dixerūt er-  
go ex discipulis eius ad inuicē, Quid est  
hoc quod dicit nobis: modicū, & nō vi-  
debitis me: & iterum modicum, & vi-  
debitis me, & quia vado ad Patrem?  
Dicebant ergo, Quid est hoc quod di-  
cit, Modicū; nescimus quid loquitur.

S. *Matthæus*. S. *Marcus*. S. *Lucas*.S. *Iohannes*.

Cognouit aut̄ Iesus, quia volebāt eū interrogare: & dixit eis, De hoc quærit̄ inter vos, q̄a dixi vobis, Modicū, & videbitis me, & iterū modicū, & videbitis me. Amē. amē dico vobis, qui irabitis, & flebitis vos, mūdus aut̄ gaudet: vos aut̄ cōstristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudiū. Melius cū parit, tristitiā habet quia venit huiusmodi: cū aut̄ pepererit puerū, iā nō timet pressuram propter gaudiū, quia natus est homo in mūdū. Et vos nūc quidē tristitiā habetis, iterū aut̄ gaudebo vos, & gaudebit cor vestrū & gaudiū vestrū nemo tollet a vobis. Et in illo die me nō rogabitis quicquā. Amen dico vobis, si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Vobis modō nō petistis quicquā in nomine meo: Petite & accipietis, vt gaudiū vestrum plenum. Hęc in prouerbij locutus sum vobis. Venit hora cū iā nō in prouerbio loquar vobis, sed palā de Patre annuntiabo vobis. in illo die in nomine meo petetis: & nō dico vobis quia ego rogabo Patrem de vobis. Ipse enī Pater mittet vos, quia vos me amastis, & credidistis quia ego a Deo exiui. Et exiui a Patre, & veni in mūdū: iterū relinquo mundum & vado ad Patrem. Dicunt ei discipuli eius, Ecce, nunc palā loqueris, & populum nullū dicis. nūc scimus quia scis, & non opus est tibi vt quis te interroget. in hoc credimus quia a Deo es. Respondit eis Iesus, Modō creditis quia nunc palā loquor vobis, & nō videtis me: & nō sum solus, quia Pater mecum est. Hęc locutus sum vobis, vt me pacē habeatis. In mūdo pressuram habebitis: sed cōfide, ego vici mūdum.